# The Electronic Manipulus florum
# www.manipulusflorum.com

## Voluntas h
### cum uariis

Voluntas auersa ab incommutabili bono et conuersa ad proprium bonum aut ad exterius aut ad inferius peccat. Ad proprium conuertitur cum sue potestatis uult esse, ad exterius cum aliorum propria uel quecumque ad se non pertinent cognoscere studet, ad inferius cum uoluptatem corporis diligit.

Augustinus libro de libero arbitrio.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$):

ad *om.* P $V^1$ $V^2$ $L^1$ $L^2$; pertinent] pertinet B